

V.

~~Sapphirus~~ gēma purpurascit vt spē
 cies Blattæ, id est, Purpuræ nigræ. Mul
 ta sunt eius genera. Est enim Regius,
 aureis punctis varius. Nō est verò hic
 in tāta admiratione, quāta ille q̄ pror
 fus purpurascit. Et hic dicitur esse cū
 in Indiatum etiā in Aethiopia. Quo
 circa aiunt apud Indos templū extru
 ctum Baccho extare, quod gradus ex
Sapphiro trecentos sexagintaquinque
habeat, quibus multi fidē nō adhibeant.
 Est verò gemma admirabilis, pulcher
 rima, gratissima: propterea etiā in ar
 millis & monilibus reponi cōsuevit,
 id quod potissimū à regibus. Locū etiam
 inter remedia habet. Attrita em̄ & la
 cti pmixta plagis q̄ fiūt ex pustulis al
 bis & tuberculis medet̄, si illis illinat̄.
 Scriptū est & in lege, visionem q̄ Mofi
 apparuit in monte, & legem datam, in
 gemma Sapphiro fuisse expressam.

VI.

~~Iaspis~~ gemma. hæc Smaragdū for-

(B) 2